

Alte Drucke

**M. T. CICERONIS || EPISTOLÆ AD || COMPLVRES SCRIPTÆ, ||
QVAS VVLGO FAMILIARES || APPELLARVNT, || EDITÆ || DE
SENTENTIA || IOACHIMI CAMERARII || ...**

Cicero, Marcus Tullius

Lipsiae, 1578

VD16 ZV 31063

M. T. C. EPISTOLARVM, LIBER AD M. VARRONEM ET CAETEROS.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149712

hinc essemus. Nam hic nunc præter sceneratores paucos, nec homo, nec ordo quisquam est, nisi Pompeianus. Equidem iam effeci, ut maxime plebs, & qui antea noster fuit populus, vester esset. Cur hoc, inquis? imo reliquias expectant. Vos inuidos vincere coegere, irritavi in me Catonem. Vos dormitis, nec hæc adhuc mihi videmini intelligere, quæ nos pateamus, & quæ simus imbecilli. Atq; hoc nullius præmiij species: sed quod apud me plurimum solet valere, doloris atq; indignitatis causa. Quid istic facitis? prælium expectatis, quod firmissimum est? vestras copias non novi, nostri valde depugnare, & facile algere, & esurire consueverunt. Vale.

[a] M. T. C. EPISTOLARVM. 126
IX. LIBER AD M. VARRONEM
ET CÆTEROS.

M. T. C. M. TERENTIO VARRONI S. D.

EX HIS LITERIS, QVAS AT-
 ricus a te missas mihi legit, quid ageres, & ubi
 esses, cognoui: quando autem te visuri essemus, nihil
 sane ex iisdem literis potui suspicari. In spem tamen
 venio appropinquare tuum aduentum, qui mihi vi-
 nam solatio sit: etsi tot, tantisq; rebus vrgemur, ut
 nullam alienationem quisquam non stultissimus spera-
 re debeat, sed tamen aut tu potes me, aut ego te for-
 tasse aliqua re iuuare. Scito enim me, posteaquam in
 urbem venerim, rediisse cum veteribus amicis, id est,
 cum libris nostris, in gratiam: etsi non iccirco eorum
 vsum

usum dimiseram, quod ijs succenserem, sed quod eorum suppudebat. Videbar enim mihi, cum me in res turbulentissimas infidelissimis socijs demissem, preceptis illorum non satis paruisse. Ignoscunt mihi, & reuocant in consuetudinem pristinam, teq, quod in ea permanferis, sapientiore quam me dicunt fuisse. Quamobrem quando placatis his vtor, videor sperare debere si te viderim, & ea quae premant, & ea quae impendeant, me facile transiturum. Quamobrem siue in Tusculano, siue in Cumano adesse tibi placebit, siue (quod minime velim) Roma, dummodo simul simus, [b] perficiam profecto, ut vtriq, nostrum commodissimum esse videatur. Vale.

CICERO VARRONI S. D. 154

CANINIUS IDEM TVVS

& idem noster, cum ad me nuper vesperi venisset, & se postridie mane ad te iturum esse dixisset: dixi ei, me daturum aliquid mane, & ut peteret, rogaui. Conscripsi epistolam noctu, nec ille ad me rediit, oblitum credidi. Attamen eam ipsam epistolam misissem per meos, nisi audissem ex eodem postridie te mane in Tusculano exiturum. At tibi repente, paucis post diebus, cum minime expectarem, venit ad me Caninius mane, proficisci ad te statim dixit: etsi erat illa epistola, praesertim tantis postea nouis rebus allatis: tamen perire meam lucubrationem nolui, & eam ipsam Caninio dedi: sed cum eo & homine docto, & amantissimo tui, loquutus ea sum, quae pertulisse illum ad te existimo. Tibi autem idem consilio do, quod mihi metipsi: ut viremus oculos hominum.

R 3

minum,

minum, si linguis minus facile possumus. Qui enim vi-
ctoria se efferunt, quasi victos nos intuentur. Qui au-
tem victos esse nostros moleste ferunt, nos dolere vire-
re. Oueres fortasse, cur cum hac in vrbe sint, non ab-
sim, quemadmodum tu? Tu enim ipse, qui & me, &
altos prudentia vincis, omnia credo vidisti, nihil omnino
te fefellit. Quamuis quis est tam lyncens, qui in tantis
tenebris nihil offendat? nusquam incurrat? At mihi
quidem iampridem venit in mentem, bellum esse ali-
quo exire, ut ea, quae agebantur hic, quaeq; dicebantur,
nec viderem, nec audirem. Sed calumniabar ipse: pu-
tabam, qui obuiam [a] mihi venisset, ut cuiq; commo-
dum esset suspicaturum, aut dicturum etiam, si non su-
sPICARETUR. Hic aut metuit, & ea refugit: aut aliquid
cogitat, habet nauem paratam. Deniq; leuissime
qui suspicaretur, & qui fortasse me nouisset optime,
putaret me iccirco descendere, quod quosdam homi-
nes oculi mei ferre non possent. Hac ego suspicans ad
huc Roma maneo: & tamen redemptos consuetudo
diuturna callum iam obduxit stomacho meo. Habes
rationem mei consilij. Tibi igitur hac, censeo latendū
tantisper ibidem, dum deferueat hac gratulatio, &
simul dum audiamus, quemadmodum negotium con-
fectum sit, confectum enim existimo. Magni autem
intererit, qui fuerit victoris animus, qui exitus rerum,
quanquam quo me coniectura ducat habeo, sed expe-
cto tamen. Te vero nolo, nisi ipse rumor iam rancus
erit factus, ad Baias venire: Erit enim nobis honestius
etiam, cum hinc discefferimus, videri venisse in illa
loca ploratum potius, quam natatum. Sed hac tu me-
lius: modo nobis stet illud vna vivere in studiis nostris,
à quibus antea delectationem, modo solatium peteba-
mus,

*Parasoma
fia*

mus, nunc vero etiam salutem deesse non arbitramur. Si quis adhibere volet non modo ut architectos, *causa prima palis*
 verum etiam ut fabros ad edificandam Rempublicam poterimus & nos libenter accurrere: sin nemo veterum opera, tamen & scribere & legere *causa prima palis*
 nemo in curia atque in foro, at in litibus & libris, ut doctissimi veteres fecerunt, nauare Respublicam & de moribus ac legibus querere. Mihi haec videtur. Tu quid sis acturus, & quid tibi placeat per gratum eris. *F. Conclud.*
 si ad me scripseris. Vale. *Humidus post Epistolas.*

117. [b] CICERO VARRONI

S. D.

155

ET SI QUID SCRIBEREM
 non habebam, tamen Caninio ad te eunti non potui nihil dare. Quid ergo potissimum scribam? quod velle te puto, cito me ad te esse venturum. Et si vide, queso, satisne rectum sit, nos hoc tanto incendio ciuitatis in istis locis esse. Dabimus sermonem iis, qui nesciunt nobis, quocumque in loco simus, eundem cultum, eundem victum esse. Quid refert? tamen in sermonem incidemus. Valde id, credo, laborandum est, ne cum omne in omni genere & scelerum & flagitiorum volutetur, nostra nobiscum, aut inter nos cessatio vituperetur. Ego vero neglecta barbarorum incitibus, te persequar, quamuis enim haec sint misera, quae sunt miserissima, tamen artis nostrae nescio quomodo nunc uberioribus fructus ferre videntur, quam olim ferebant: siue quia nulla nunc in re alia acquiescimus, siue quod grauitas morbi facit, ut medicine egeamus, eam, nunc appareat, cuius vnum non sentiebamus cum valebamus.

R 4

Sed

*Sed quid ego hac ad te, cuius domi nascuntur? vides
an ab Africa nihil scilicet, nisi ut rescribens aliquid
me expectares, sic ignitur facies. Vale.*

156 M. T. C. VARRONIS S. D.

4.

ΠΕΡΙ ΔΙΩΝΑΤΩΝ ΜΕ ΣΧΕΤΟ

*Quapropter si venturus es, scito
necesse esse te venire. Sin autem non, ~~non~~ ^{non} ~~est~~ te venire. Nunc vide vtra te ~~velis~~ ^{velis} magis dele-
ctet, ~~velis~~ ^{velis} ne, an hac, quam noster Diodotus
non concoquebat? Sed de his [a] etiam rebus ocio-
cum erimus, loquemur, hoc etiam est ~~κατά τὴν~~ ^{κατά τὴν} ~~ἐπι-
στολὴν~~ <sup>ἐπι-
στολὴν</sup> Διονάτου. De Coctio mihi gratum est. Nam
id etiam Attico mandaram: Tu si minus ad nos, nos
accurremus ad te: si hortum in bibliotheca habes, ni-
hil deerit. Vale.*

157 M. T. C. VARRONIS S. D.

5.

ΜΙΗΙ VERO AD NONA^S BENE

*maturum videtur fore, neq. solum propter Reipub sed
etiam propter anni tempus. Quare diem istum probo.
Itaq. eundum ipse sequar. Consilij nostri, nisi eos qui-
dem, qui id sequuti non sunt, pœniteret, nobis pœniten-
dum putarem. Sequuti enim sumus non spem, sed offi-
cium. Relinquimus autem non officium, sed desperatio-
nem. Itaq. verecundiores fuimus, quam qui se domo
non commouerunt: saniores, quam qui amissis opibus
domum non reuerterunt. Sed nihil minus fero, quam
seueritatem ociosorum. & quoquo modo res sese ha-
beant, magis illos vereor, qui in bello occiderunt, qui
hos curo, quibus non satisfacimus, quia viuimus. Mihi
si pœ-*

*si spaciū fuerit in Tusculanū ante Nonas veniendi,
istuc te videbo : sin minus, persequar in Cumanum: &
ante te certiore faciam, vt lauatio parata sit. Vale.*

M. T. CICERO VARRONIS. D. 158

64 *Univ. Caninus*
CANINVS NOSTER ME TV-

120. in verbis admonuit, vt scriberem ad te, si quid esset quod putarem te scire oportere. Est igitur aduentus Caesaris in expectatione, neq. tu id ignoras. Sed tamen ille scripsisset, vt ostendit, se in Alienae venturum: scripserunt ad Caesarem sui, ne id faceret: multos e. molestos fore, ipsamq. multis. In Pontinum videre commodius eum exire posse. Id ego non intelligebam, quid interesset. Sed tamen Hirtius mihi dixit, & se ad eum, & Balbus, & Oppidum scripsisse, vt ita faceret, homines vt cognoni, amantes tui. Hoc ego itaq. nolite vultu, vt scies. Hospitum ubi vult parare, vel potius ubi viris, quid enim ille facturum incertum est: & simul ostentavi, me istis esse familiarem, & consilijs eorū interesse. Quod ego cum olim, nihil viderem. Non enim est idem, ferre, si quid ferendum est: & probare, si quid probandum non est: & si quid non probem quidem nescio, prater initia rerū. Nam haec in voluntate fuerunt. Vidi enim Cnam tu as nostros amicos cupere bellum: hunc autem non tam cupere, quam non timere. Ergo hac consiliū fuerunt: reliqua necessaria. Vincere auctores, aut illos necesse est. Scio te sepe necum in luctu fuisse, cum videremus, quam illud ingens malum alterutrius exercitus ex ducum interitu, tum vero extremum malorum omnium esse civilem belli victoriam: quam quidem ego, etiam illorum time-

R 5

ban.

bam, ad quos veneramus. Crudeliter enim ociosis mi-
 nabantur, eratq; ijs & tua iniusta voluntas. & mea
 oratio. Nunc vero si essent nostri potiti, valde intempe-
 rantes fuissent. Erant enim nobis perirati, quasi quic-
 quam de nostra salute decreuissemus: quod non idem
 illis censuissemus: aut quasi vilis Reip. fuerit, eos et-
 rum in *Idiam* ad bestiarum auxilium confugere, quam vel mo-
 ra *operatur*, vel cum spe, si non optima, at aliqua tamen vivere:
 At in perturbata Repub. vivimus: quis negat? Sed
 hoc viderint y, qui [a] nulla sibi subsidia ad omnes vi-
 139
 vita status parauerunt, huc enim ut venirem, supe-
 rior longius, quam volui, fluxit oratio. Cum enim te
 semper magnum hominem duxi, tum quod his tem-
 pestatibus es prope solus in portu, fructusq; doctrine
 percipis eos, qui maximi sunt, ut ea consideres, ea q;
 tractes, quorum & usus & delectatio est omnib. isto-
 rum & actus & voluptatibus anteponenda. Equidem
 hos tuos Tusculanenses dies instar esse vitæ puto, li-
 benter omnibus omnes opes concesserim, ut mihi li-
 ceat vi nulla interpellante, isto modo vivere. Quod
 nos quoq; imitamus, ut possumus, & in nostris studiis
 libentissime conquiescimus. **VIS ENIM** hoc
 non dedit nobis ut cum opera nostra patria, siue non
 possit vi, siue nolit, ad eam vitam reuertamur, quam
 multi docti homines, fortasse non recte, sed tamen
 multi etiam Reip. proponendam putauerunt? Qua
 igitur studia magnorum hominum sententia vocatio-
 nem habent etiam publici muneris, ijs concedente
 Repub. cur non *ducamur*? Sed plus facio, quam Ca-
 ninus mandavit. Is enim si quid ego scirem, roga-
 ret, quod tu nescires. Ego tibi ea narro, que tu me-
 lius scis, quam ipse, qui narro. Faciam ergo illud,
 quod

Ambr. S. l.

4. K. 1. 1. 1.

4. K. 1. 1. 1.

4. K. 1. 1. 1.

4. K. 1. 1. 1.

4. K. 1. 1. 1.

4. K. 1. 1. 1.

4. K. 1. 1. 1.

4. K. 1. 1. 1.

4. K. 1. 1. 1.

4. K. 1. 1. 1.

4. K. 1. 1. 1.

4. K. 1. 1. 1.

4. K. 1. 1. 1.

4. K. 1. 1. 1.

4. K. 1. 1. 1.

moueor, ut admoneam te, non ut flagitem. Misi autem
ad te quatuor admonitores non nimis verecundos.
 Nosti enim profecto os adolescentioris eius Academia.
 Ex ea igitur media excitatos misi: qui metuo, ne
 forte flagitent: ego autem mandavi, ut roarent.
 Expectabam omnino iamdiu, meq; sustinebam, ne ad
 te prius ipse quid scriberem, quam [a] aliquid acce- 13
 pissent, ut possem te remunerari quam similimo mu-
 nere. Sed cum tu tardius faceres, id est, ut ego inter-
 pretor diligentius: tenere non potui, quin coniunctio-
 nem studiorum, amorisq; nostri, quo possem literarum
 genere declararem. Feci igitur sermonem inter nos
 habitum in Cumano, cum esset vna Pomponius; tibi
 dedi parteis Antiochianas, quas a te probari intelle-
 xisse mihi videbar: mihi sumsi Philonis, puto, fore, ut
 cum legeris, mirere id nos locutos esse inter nos, quod
 nunquam locuti sumus: sed nosti morem dialogorum.
 Posthac autem mi Varro quamplurima si videbitur,
 & de nobis inter nos, sero fortasse, sed superiorum
 temporum fortuna Reipub. causam sustineat. Hac
 ipsi prestare debemus, atq; vitam quietis temporibus,
 atq; aliquo si non bono, at saltem certo statu ci-
 uitatis, hac inter nos studia exercere possemus. Quan-
 quam tum quidem vel alie quapiam rationes hone-
 stas nobis & curas & actiones darent: nunc autem
 quid est, sine his cur vivere velimus? Mihi vero cum
 his ipsis vix, his autem detractis, ne vix quidem. Sed
 hac coram, & sepius: Migrationem & emptionem
 feliciter euenire volo, tumq; in ea re consilium pro-
 bo. Cura ut valeas.

161 DOLABELLA CICERONI S. D.

Si vales

SI VALES GAUDEO, ET IPSE

9.
 valeo. & Tullia nostra recte valet. Terentia minus
 belle habuit: sed certum scio iam conualuisse eam.
 Præterea rectissime sunt apud te omnia. Etsi nullo
 tempore in suspicionem tibi debuit venire partium
 130. causa potius, quam tua, tibi [b] suadere, ut te aut
 cum Cesare, nobiscum coniungeres, aut certe in oci-
 um referres: præcipue nunc iam inclinata victoria, ne
 possum quidem in ullam aliam incidere opinionem, ni-
 si in eam, in qua scilicet tua de re tibi suadere videar,
 quod pie tacere non possum. Tu autem mi Cicero, si
 hæc accipies, ut siue probabuntur tibi, siue non pro-
 babuntur, ab optimo certe animo ac deditissimo tibi,
 & cogitata & scripta esse indices. Animaduertis Cn.
 Pompeium nec nominis sui, nec rerum gestarum glo-
 ria, nec etiam regum ac nationum clientelis, quas
 ostentare crebro solebat, esse tutum: & hoc etiam:
 quod infimo cuique contigit, illi non posse contingere,
 ut honeste effugere possit, pulso Italia, amissis Hispa-
 nijs, capto exercitu veterano, circumuallato nunc de-
 nig: quod nescio an ulli unquam nostro acciderit Im-
 peratori, quamobrem, quid aut ille sperare possit, aut
 tu, animum aduerte pro tua prudentia. Sic enim fa-
 cillime, quod tibi utilissimum erit, consilij capies. Illud
 autem a te peto, ut si iam ille euitauerit hoc pericu-
 lum, & se abdiderit in classem, tu tuis rebus consu-
 las, & aliquando tibi potius, quam cuius sis ami-
 cus. Satisfactum est iam a te vel officio, vel familia-
 ritati: satisfactum etiam partibus, & ei Reipub.
 quam tu probas: reliquum est, ubi nunc est Respub.
 ibi simus potius, quam dum illum veterem sequimur,
 simus in nulla. Quare velim mi incundissime Cicero, si
 forte

forte Pompeius pulsus his quoque locis, rursus alias regiones petere cogatur, ut tu te vel Athenas, vel in quamvis quietam recipias civitatem. Quod si eris futurus, velim mihi scribas, ut ego si illo modo potero, ad te aduolem. [a] Quaecumque de tua dignitate ab Imperatore erunt impetranda, qua est humanitate Caesar, facillimum erit ab eo tibi ipsi impetrare: & meas tamen preces apud eum non minimum auctoritatis habituras puto. Erit tua quoque fidei & humanitatis curare, ut is tabellarius, quem ad te misi, reuerii possit ad me, & à te mihi literas referat. Vale.

162 CIC. P. DOLABEL. S. D.

10. NON SUM AVSUS SALVIO nostro nihil ad te literarum dare: nec mehercule habebam, quod scriberem, nisi te à me mirabiliter amari: de quo etiam nihil rescribente me te non dubitare, certo scio. Omnino mihi litera magis sunt expectanda à te, quam à me tibi. Nihil enim Roma geritur, quod te putem scire curare, nisi forte scire vis, me inter Niciam nostrum & Vidium iudicem esse. Profert alter (ut opinor) duobus versiculis expensum Nicia. alter Aristarchus hos versiculos. Ego tanquam Criticus antiquus iudicaturus sum, virum sint τὸ πρῶτον, ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ ἀνδρῶν. Puto te nunc dicere, oblitusne es igitur fungorum illorum, quos apud Niciam? & ingenium culinarum cum Sophia Septima? Quid ergo? adeone tu mihi excusam severitatem veterem putas, ut ne in foro quidem reliquiae pristinae frontis appareant? Sed tamen suavissimum συμπόσιον nostrum prestabo integellum, nec

nec committam, ut si ego cum condemnaro, tu restituas, nec habeat Plancus Bursa, apud quem literas discat. Sed quid ago? cum mihi sit incertum tranquillo sis animo, aut ut in bello, [b] in aliqua maiuscula cur a negotiōne versere, labor longius. Cū igitur mihi erit exploratum te libenter esse risurum, scribam ad te pluribus. Te tamen hoc scire volo, vehementer populū sollicitum fuisse de P. Sylia morte, antequam certum scierit. Nunc querere desierunt, quomodo perierit, satis putant se scire quod sciunt, ego, cetera qui aequo animo fero, vnum vereor, ne hasta Caesaris refrixerit. Vale.

CICERO DOLABELLÆ SVO

S. D.

163

VEL ME O^{II}IPSIVS INTERI^{II}

tu mallem literas meas desiderares, quam eo casu, quo sum gravissime afflictus, quem ferrem certe moderatius, si te haberem. Nam & oratio tua prudens, & amor erga me singularis, multum lenaret. Sed quoniam brevi tempore, ut opinio nostra est, te sum risurus: ita me affectum offendes, ut multum à te possim iuari: non quo ita sim fractus, ut aut hominem me esse oblitus sim, aut fortune succumbendum putem: sed tamen hilaritas illa nostra & suavitās, quae te praeter ceteros delectabat, erepta mihi omnino est. Firmitatem tamen & constantiam, si modo fuit aliquando in nobis, eandem cognosces, quam reliquisti. Quod scribis, praelia te mea causa sustinere: non tam ad laborem, ut si qui mihi obtrecent, à te resistentur, quam intelligi cupio, quod certe intelligetur, me à te amari: quod ut facias, te etiam atque etiam rogo.

Ignos-

Ignoscasq^{ue} breuitati mearum literarum : nam & celeriter vna futuros nos arbitror, et nondum satis confirmatus sum ad scribendum. Vale.

[a] CICERO DOLABELLÆ

164

S. D.

XII

¹² GRATVLO¹²R BAIIS NOSTRIS,
 siquidem vt scribis, salubres repente factæ sunt : nisi forte te amant, & tibi assentantur : & tam diu, dum tu ades, sunt oblita sui. Quod quidem si ita est : minime miror, cælum etiam & terras vim suam, si tibi ita conueniat, dimittere. Oratiunculâ pro Deiotaro, quam requirebas, habebam meâ, quod non putar am. Itaq; eam tibi misi, quam velim sic legas, vt causam tenuem & inopem, nec scriptione magnopere dignâ. Sed ego hospiti veteri, & amico munusculum mittere volui leuidente crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse munera. Tu velim animo sapieti, fortig. sis, vt tua moderatio & grauitas alio um infamet inuriam. Vale.

165 CIC. P. DOLABEL. S. D.

XIII

¹⁵ CAIUS SVBERINVS CALENUS, & est meus familiaris, & Lepta nostri familiaris¹⁵ pernecessarius. Is cum vitandi belli causa profectus esset in Hispaniam cum M. Varrone ante bellum, vt in ea prouincia esset, in qua nemo nostrum post Afranium superatum, bellum vllum fore putaret : incidit in ea ipsa mala, quæ summo studio vitauerat. Oppressus est enim bello repentino : quod bellum commotum à Scapula, ita postea confirmatum est à Pompeio, vt nulla ratione se ab illa miseria eripere posset.

posset. Eadem caussa fere est M. Planij heredis, qui est
item Calenus, Lepta nostri familiarissimus. Hosce igitur
ambos sic tibi commendo, [b] vt maiore cura,
studio, solitudine animi comendare non possim. Volo
ipsorum caussa: meq; in eo vehementer & amicitia
mouet & humanitas. Lepta vero cum ita laboret, vt
eius fortune videantur in discrimen venire, nō possum
ego non aut proxime, atq; ille, aut etiam aque labo-
rare. Quapropter etsi sepe expertus sum, quantum me
amaret: tamen sic velim tibi persuadeas, id me in hac
re maxime iudicaturum. Peto igitur a te, vel si pate-
ris, oro, vt homines miseros, & fortuna, quam vitare
nemo potest, magis, qua culpa calamitosos, conserues
incolumes: velisq; per te, me hoc muneris cum ipsis
amicis hominibus, tum municipio Caleno, qui cum mi-
hi magna necessitudo est, tum Lepte, quem omnibus
antepono, dare. Quid dicturus sum, puto equitem non
valde ad rem pertinere, sed tamen nihil obest dicere:
res familiaris alteri eorum valde exigua est, alteri vix
equester. Quapropter quando his Cesar vitam sua li-
beralitate concessit, nec est quod is præterea magno-
pere possit adiri, reditum si me tantum amas, quan-
tum certe amas, hominibus confice. In quo nihil est,
præter viam longam, quam iccirco non fugiunt, vt
& viuunt cum suis, & moriantur domi. Quod vt
evitare, contendasq; vel potius vt perficias, (posse
enim te mihi persuasi) vehementer etiam atq; etiam
rogo. Vale.

CICERO DOLABELLÆ S. D. 166

ETSI CONTENTVS ERAM, XIV.

S

mi

Xccij

mi Dolabella, tua gloria, satisq; ex ea magnam la-
 ticiam, voluptatemq; capiebam: tamen non possum
 non confiteri, cumulari me [a] maximo gaudio, quod
 vulgo hominum opinio socium me ascribat tuis lau-
 dibus. Neminem conueni (conuenio autem quotidie
 plurimos: sunt enim permulti optimi viri, qui vale-
 tudinis causa in hac loca veniunt: praeterea ex mu-
 nicipijs frequentes necessarii mei) quin omnes, cum
 te summis laudibus ad coelum extulerunt, mihi con-
 tinuo maximas gratias agant. Negant enim se du-
 bitare, quin tu meis praeceptis & consilijs obtempe-
 rans, praestantissimum te ciuem, & singularem con-
 sulem praebeas. Quibus ego, quanquam verissime pos-
 sum respondere, te quae facias, tuo iudicio & tua spon-
 te facere, nec cuiusquam egere consilio: tamen nec
 plane assentior, ne imminuam laudem tuam, si omnis a
 meis consilijs profecta videatur: nec valde nego. Sum
 enim audior etiam, quam satis est gloriae. Est tamen
 non alienum a dignitate tua, quod ipsi Agamemnoni
 regum regi fuit honestum, habere aliquem in consilijs
 capiundis Nestorem: mihi vero gloriosum, te inueni-
 Consulem florere laudibus, quasi alumnorum disciplina
 mee. L. quidem Caesar, cum ad eum egrotum Nea-
 polim venissem, quanquam erat oppressus totius cor-
 poris doloribus, tamen ante, quam me plane salutauit:
 O mi Cicero, inquit, gratulor tibi, cum tantum vales
 apud Dolabellam, quantum, si ego apud sororis filium
 valerem, iam salui esse possemus. Dolabellae vero tuo
 & gratulor, & gratias ago: quem quidem post te
 consulem, solum possumus vere consulem dicere. De-
 inde multa de facto, ac de re gesta, tum nihil magnifi-
 centius, nihil praeclarius actum unquam, nihil Reipub.
 saluta-

salutarius. Atq; hæc vna vox omnium est. A te autem
 133. peto, vt [b] me hanc quasi falsam hereditatem aliena gloria sinas cernere : meq; aliqua ex parte in societatem tuarum laudum venire patiari, quanquam, mi Dolabella (hæc enim iocatus sum) libentius omneis meas, si modo sunt aliqua mea laudes, ad te transfuderim, quam aliquam partem exhauserim ex tuis. Nam cum te semper tantum dilexerim, quantum tu intelligere potuisti: tum his tuis factis sic incensus sum, vt nihil vnquam in amore fuerit ardentius. NIHIL EST enim (mihi crede) virtute formosius, nihil pulcrius, nihil amabilius. Semper amavi (vt scis) M. Brutum, propter eius summum ingenium, suauissimos mores, singularem probitatem atq; constantiam: tamen Idibus Martiis tantum accessit ad amorem, vt mirarer locus fuisse augendi in eo, quod mihi iam pridem cumulatam etiam videbatur. Quis erat, qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? tantum accessit, vt mihi nunc deniq; amare videar, antea dilexisse. Quare quid est, quod ego te hortor, vt dignitati & glorie seruias? proponam tibi claros viros, quod facere solent, qui hortantur, neminem habeo clariorem, quam te ipsum, te imitere oportet, tecum ipse certès, nec licet quidem tibi iam tantis rebus gestis non tui similem esse: quod cum ita sit, hortatio non est necessaria, gratulatione magis vtendum est. Contigit enim tibi, quod haud scio an nemini, an summa seueritas animaduersionis non modo non inuidiosa, sed etiam popularis esset, & cum bonis omnibus, tum infimo cuiq; gratissima. Hoc si tibi fortuna quadam contigisset, gratularer felicitati tue: sed contigit magnitudine cum animi, tum
 S 2 etiam

etiam ingenij, atq; consilij: legi [a] enim concionem
 tuam: nihil illa sapientius: illa pedetentim & grada-
 rim, tum accessus à te ad causam facti, tum re-
 cessus, ut res ipsa maturitatem tibi animaduertendi om-
 nium concessu daret. Liberasti igitur, & urbem pe-
 riculo, & ciuitatem metu: neq; solum ad tempus
 maximam vilitatem attulisti, sed etiam ad exem-
 plum facti. Intelligere debes in te repositam esse Rem-
 publicam: tibiq; non modo tuendos, sed etiam ornan-
 dos esse illos viros, à quibus initium libertatis prose-
 ctum est. Sed de his rebus coram plura propediem,
 ut spero. Tu quando Rempublicam nosq; conseruas,
 fac ut diligentissime te ipsum mi Dolabella custodias.
 Vale.

XV.

15

DVAEVS TVIS EPISTOLIS
 respondebo, vni, quam triduo antè acceperam à Ze-
 tho, alteri, quam attulerat Phileros tabellarius.
 Ex prioribus tuis literis intellexi pergratum tibi esse
 sententiam meam, & animum meum circa curam
 valetudinis tuae, quem tibi perspectum esse gaudeo.
 Sed, mihi crede, non perinde ut est re ipsa, absens
 ex literis perspicere potuisti. Nam cum satis à multis
 (non enim possum aliter dicere) & eoli me videam,
 & diligi: nemo est illorum omnium mihi te incundi-
 or. Nam quod me amas, quod id & iampridem, &
 constanter facis: est id quidem magnum, atq; haud
 scio an maximum, sed tibi commune cum multis.
 quod tu ipse tam amandus es, tamq; dulcis, tamq; in
 omni

13
 14
 omni genere iucundus, id est proprie tuum. Accedunt
 non Atticis, sed saliores, quam illi Atticorum, Romani
 [b] veteres, atq; urbani sales. Ego autem (existimes
 licet, quod lubet) mirifice capior facetijs, maxime no-
 stratibus, praesertim cum eas videam primum oblitae
 Latio, tum, cum in urbem nostram est infusa peregri-
 nitas, nunc etiam Brachatis, & transalpinis nationi-
 bus, ut nullus veteris lepôris vestigium appareat. Itaq;
 te cum video omnes mihi Gracchos omneis Lucios
 & (ut vere dicam) Crassos quoq; & Lelios videre vi-
 deor. Moriar, si prater te quenquam reliquum habeo,
 in quo possim imaginem antiquae, & vernacula festi-
 uitatis agnoscere. Ad hos lepôres cum amor erga me
 tantus accedat, miraris me tanta perturbatione vale-
 tudinis tuae, tam grauitè exanimatum esse? Quod
 autem altera epistola purgas te, non dissuasorem mihi
 emtionis Neapolitanae fuisse, sed autorem commorati-
 onis urbanae: nèq; ego aliter accepi: intellexi tamen
 idem, quod his intelligo literis, non existimasse te mihi
 licere, id quod ego arbitrabar, res has non omnino qui-
 dem, sed magnam partem relinquere. Catulum mihi
 narras, & illa tempora? quid simile? ne mihi quidem
 ipsi tunc placebat diutius abesse ab Reipublicae custo-
 dia: sedebamus enim in puppi, clauumq; tenebamus:
 nunc autem vix est in sentina locus. An minus multa
 senatusconsulta futura putas, si ego sim Neapoli? Ro-
 ma cum sum, & vrgeo forum, senatusconsulta scri-
 buntur apud amatorem tulum familiarem meum. Et
 quidem cum in mentem venit, ponor ad scribendum:
 & ante audio senatusconsultum in Armeniam & Sy-
 riam esse perlatum, quod in meam sententiam factum
 esse dicatur, quam omnino mentionem vllam de care
 S 3 esse

esse factam. Atq; hoc nolim [a] me iocari putes. Nam mihi scito iam à regibus ultimis allatas esse literas, quibus mihi gratias agant, quod se mea sententia reges appellauerim: quos ego non modo reges appellatos, sed omnino natos nesciebam. Quid ergo est? tamen quamdiu hic erit noster hic praefectus moribus, parebo auctoritati tuae: cum vero aberit, ad fungos me tuos conferam. Domum si habebo, in denos dies, singulos sumptuaria legis, conferam. Sin minus inuenero, quod placeat, decreui habitare apud te. Scio enim me nihil gratius tibi facere posse. Domum Syllanam desperabam iam, ut tibi proxime scripsi, sed tamen non abieci. Tu velim, ut scribis, cum fabris eam perspicias. Si enim nihil est in parietibus aut in tecto vicij, cetera mihi probabuntur. Vale.

M. C. PAPIRIO PÆTO

S. D.

168

XVI.

DELECTAVERUNT ME LITERA tua: in quibus primum amari amorem tuum, qui te ad scribendum incitavit, verentem, ne Silus suus nuncio aliquid mihi solitudinis attulisset de quo etiam tu mihi antea scripseras, bis quidem eodẽ exemplo, facile ut intelligerem te esse commotum. Et ego tibi accurate rescripseram, ut quoquo modo in talire, atq; tempore, aut liberarem te ista cura, aut certe lenirem. Sed quando proximis quoq; literis ostendis, quanta cura tibi sit ea res, sic mi Pate habeto: quicquid arte fieri potuerit (non enim iam satis est consilio pugnare, artificium quoddam excogitandum est) sed tamen quicquid elaborari, aut effici potue-rit,

solere: quod eo nunc magis [a] facit, quia viuum 136
mecum fere quotidie illius familiares. Incidunt autem
in sermone vario multa, quæ fortasse illis cum dixi, nec
illiterata nec insulse esse videantur. Hæc ad illum cum
reliquis actis perferuntur: ita enim ipse mandauit.
Sic fit, ut si quid præterea de me audiat, non audien-
dum putet. Quamobrem Oenomaio tuo nihil vtor: esti-
posuisti loco versus Accianos. Sed quæ est inuidia? aut
quid nunc mihi inuideri potest? Verum fac esse om-
nia. Sic video philosophis placuisse is, qui mihi vi-
dentur vim virtutis tenere. NIHIL ESSE sa-
piens præstare, nisi culpam, qua videor mihi dupli-
citer carere: & quod ea senserim, quæ rectissima fu-
erunt: & quod cum viderem presidij non satis esse ad
ea obtinenda, viribus certandum cum valentioribus
non putarim. Ergo in officio boni ciuis, certe non sum
reprehendus. RELINQUE est, ne quid stulto, ne quid
temere dicam, faciamus contra potentes. Id quod
puto esse sapientis, cetera vero, quid quisq; me dixisse
dicat, aut quomodo ille accipiat, aut qua fide mecum
viuant ij, qui me assidue colunt & obseruant, præsta-
re non possum. Itaq; fit, ut & superiorum consilio-
rum conscientia, & præsentis temporis moderatio me
consoletur: solam Accij similitudinem non modo iam
ad inuidiam, sed ad fortunam transferam. QVAM
EXISTIMO LEVEM & imbecilem, ali-
quo animo firmo, & graui, tanquam fluctum a saxo
frangi oportere. Etenim cum plena sint monumenta
Græcorum, quemadmodum sapientissimi viri regna
rulerint vel Athenis, vel Syracusis, cum seruientibus
suis ciuitatibus, fuerint ipsi quodammodo liberi: ego
me [b] non putem tueri meum statum sic posse, ut
neg.

Oenomaio est
Cognomen
ita dicta, ex
qua ei cetera
sum obiecta
ut careret for-
as immoderata
patet ex his ve-
bis: sed qd inui-
dia est

+

neg. offendam animum cuiusquam, nec frangam di-
 gnitatem meam? Nunc venio ad iocationes tuas,
quando tu secundum Oenoniam Accu, non, ut olim
 solebat, Attellanum, sed ut nunc sit, Minum intro-
 duxisti. Quem tu mihi ~~quendam~~ ^{Polypum} quem Denarium
 narras? quam Tyrotarichi patinam? facilitate mea
 ista ferebantur antea: nunc mutata res est. Hirtium
 ego, et Dolabellam dicendi discipulos habeo. cenandi
magistros. Puto enim te audisse (si forte ad vos omnia
 perferuntur) illos apud me declamitare, me apud eos
 cenitare. Tu autem quod mihi bonam copiam ciues,
 nihil est: tum enim cum rem habebas, quasiunculis
te faciebam attentorem: nunc cum tam equo animo
bona perdas, non eo sis consilio, ut cum me hospitio re-
cipias, estimationem te aliquam putes accipere: &
 iam hac tenior est plaga ab amico, quam a debitore.
 Nec tamen eas copias quero, ut magne reliquie fi-
 ant: quod erit, magnificum sit, & laetum. Memini
 te mihi Phamea cenam narrare: tempore fiat, ca-
etera eodem modo. Quod si perseveras me ad matris
 tue cenam vocare, feram id quibq. Volo enim videre
quidam, qui mihi audeat ista, quae scribis, apponere,
 aut etiam Polypum Miniam Iouis similem. Crede mi-
 hi, non audebis. Antequam aduentum fama ad te de
 mea noua laetitia veniet: eam extimesces. Neg. est
 quod in prorsus de spei ponas aliquid: quam totam
 sustuli. Solebam enim antea delectari oleis & lucani-
co tuis. Sed quid haec loquimur? liceat modo isto ve-
 nire. Tu vero (volo enim abstergere animi tui me-
 137. tum) ad [a] Tyrotarichum antiquum redi. Ego tibi
 vnum sumtum asseram, quod balneum calefacias
 oportebit: cetera more nostro: superiora illa lusimus.

De villa Caliana & curasti diligenter, & scripsisti
facetissime. Itaq; puto me pratermissurum, salu
enim satis est, Sannionum parum. Vale. *Goett*
mid dir

M. C. PAPIRIO PÆTO

169

S. D.

XVII.

NVM TV HOMO RIDICVLVS
es, qui, cum Balbus noster apud te fuerit, ex me
queras, quid de istis municipijs & agris futurum pu-
tem? quasi aut ego quicquam sciam, quod iste nesciat:
aut si quid aliquando facio, non ex isto solem
scire. Imo vero si me amas, tu fac, vt sciam, quid de
nobis futurum sit. Habuisti enim in tua potestate, ex
quo vel ex sobrio vel certe ex ebrio scire posses, Sed
ego ista, mi Pate, non quero: primum, quia de lu-
cro prope iam quadriennium vivimus, aut si hoc lu-
crum est, aut hac vita superfluum Reipub. vivere,
deinde quod scire quoq; mihi videor, quid futurum
sit, fiet enim quodcumq; volent, qui valebunt: vale-
bunt autem semper arma. Nobis igitur satis esse de-
bet, quicquid conceditur, hoc si quis pati non potuit,
mori debuit. Veientem quidem agrum, & Capena-
tem metiuntur, hic non longe abest a Tusculano. Ni-
hil tamen timeo: fruor, dum licet: opto; vt semper
liceat. Si id minus contigerit, tamen, quando ego
vir fortis, idemq; philosophus vivere pulcherrimum
duxi, non possum eum non diligere, cuius beneficio id
consequutus sum: qui si cupiat esse Rempub. qualem
fortasse & ille vult, & omnes optare debemus, quid
faciat tamen, non habet, ita se cum multis [b] col-
ligant.

LIBER IX.

ligauit. Sed longius progredior: scribo enim ad te. Hoc tamen scito, non modo non me, qui consilij non intersum, sed ne ipsum quidem principem scire quid futurū sit. Nos enim illi seruimus: ipse temporibus: ita nec ille, quid tempora postulatura sint, nec nos quid ille cogitet, scire possumus. Hac tibi antea non rescripsi, nō quo cessator esse solem, praesertim in literis: sed cum explorati nihil haberem, nec tibi solitudinem ex dubitatione mea, nec spem ex affirmatione asferre volui: illud tamen ascribam, quod est verissimum, me his temporibus adhuc de isto periculo nihil audisse. Tu tamen pro tua sapientia debebis optare optima, cogitare difficilima, ferre quacumq; erunt. Vale.

CICERO S. D. PAPIRIO

P A T O.

170

C V M E S S E M O C I O S V S I N

XVIII.
Tusculano, propterea quod discipulos obuiam Caesari miseram, ut ydem me quam maxime conciliarent familiari suo: accepi tuas literas plenissimas suauitatis: ex quibus intellexi, probari tibi meum consiliū: quod ut Dionysius tyrannus, cum Syracusis expulsus esset, Corinthi dicitur ludum aperuisse: sic ego sublati iudicij, amisso regno forensi, ludum quasi habere coepim. Quid quæris? me quoq; delectat consiliū, multa enim consequor: primum id, quod maxime nunc opus est, muni me ad haec tempora. Id cuiusmodi sit, nescio: tantum video, nullius adhuc consilia me huic antepone: nisi forte uori melius fuit in lectulo, fateor, sed non accidit, in acie non fui. Ceteri quidem Pompeius, Lentulus tuus, Scipio,

Scipio, Afranius fide [a] perierunt: at Cato pracla-
 re, tam istuc quidem cum volumus, licebit: demus
 modo operam, ne tam necesse nobis sit, quam ista sunt,
 id quod agimus. Ergo hoc primum. Sequitur illud, ipse
 melior fio, primum valetudine, quam intermissis ex-
 ercitationibus amiseram: deinde ipsa illa, si qua sunt
 in me, facultas orationis, nisi me ad has exercitatio-
 nes retulissem, exaruisset. Extremum illud est, quod
 tu nescio an primum putes: plures iam pavones con-
 feci, quam tu pullos columbinos. In istuc te Atteriano
 delectato, ego me hic Hirtiano. Veni igitur, si vir-
 es, & discite iam, quas queris: etsi sus-
 mineriam. Sed quando, ut video, estimationes tuas
 vendere non potest, neq. ollam denariorum implere:
 Romam tibi remigrandum est. Satius est hic crudita-
 te, quam istuc fame. Video te bona perdidisse: spero
 idem istuc familiares tuos. Actum igitur de te est, nisi
 provides, potes pulo isto, quem tibi reliquum dicis es-
 se, quando cantherium comedisti, Romam peruehi.
 Sella tibi erit in ludo, tanquam hypodidascalo, proxi-
 ma: eam pulum sequimur. Vale. *Gottfried*

CICERO S. D. PAPIRIO

PETO.

TAMEN A MALITIA NON

XIX

discedis: tenuncio apparatu significas Balbum fuisse
 contentum: hoc videris dicere, cum reges tam sint
 continentes, multo magis consularis esse oportere.
 Ius viri transis me ab illo omnia expulsum: recta enim a
 porta adunum meum venit: neq. hoc admiror, quod
 non ad tuam potius, sed illud, quod nec ad suam. Ego
 & mentitus enim erat Balbum ita autem
 continentem fuisse, quod tamen revera non
 erat.

138. ^{sc. interrogat} autem tribus primis verbis, [B] ^{sc. inquit} quid noster Petus? ^{sc. agit?} at ille adiurans, ^{sc. inquit} misquam se vngnam libentius. ^{sc. agit?} Hoc si verbis assecutus es, ^{sc. agit?} aures ad te afferam non minus elegantes: sin autem obsonio, peto a te, ne plures esse Balbos, quam discretos putes. Me quotidie aliud ex alio impedit. Sed si me expediero, ut in ista loca venire possim, non committam, ut te fero a me certiores factum putes. Vale. ^{sc. agit?}

M. C. PABRIO PETO S. D. ^{XX}

²⁰ **DVPLICITER DELECTATVS** ^{XX}

sum tuis literis, & quod ipse risi, & quod intellexi te iam posse ridere. Me autem a te ut scurram velitem, malis oneratum esse, non moleste tuli. Illud doleo, in ista loca venire me, ut constitueram, non potuisse: habuisses enim non hospitem, sed contubernalem. At quem virum? non eum, quem tu es solitus promulsice conficere. Integrasti famem ad ouum assero: uagz vsqz ad assum vitellinum opera perducitur. Illa mea, quae solebas antea laudare, o hominem facilem, o hospitem non grauem, abierunt. Nam omnem nostram de Repub. curam, cognitionem de dicenda in senatu sententia, commendationem causarum abieciimus. In Epicuri nos aduersarij nostri castra contecimus: nec tamen ad hanc insolentiam, sed ad illam tuam lauticiam, veterem dico, cum mecum suntus habebas: etsi nunquam plura pradia habuisti. Proinde te para, cum homine edaci tibi res est, et qui iam aliquid intelligat. o Puraeis autem homines, scis quam insolentes sint: dediscenda tibi sunt sportellae & artolagani tui. Nos iam ex arcis tantum habemus, ut Verrium tuum & Camillum,

millum, qua mundicia homines? qua [a] elegantia? 139.
 vocare sepius audeamus. Sed vide audaciam: etiam
 Hirtio cœnam dedi sine pauone: tamen in ea cœna co-
 cus meus præter ius feruens nihil potuit imitari. Hæc
 igitur est nunc vita nostra, mane salutamus domi &
 bonos viros multos, sed tristes, & hos lætos victores:
qui me quidem per officiose & per amanter obseruant.
 Vbi salutatio defluxit, literis me inuoluo, aut scribo, aut
 lego. Veniunt etiam qui me audiunt, quasi doctum ho-
 minem, quia paulo sum, quam ipsi, doctior. Inde corpori
 omne tempus datur. Patriam eluxi iam & grauius &
 diutius, quã vlla mater vnicum filium. Sed cura, si me
 amas, vt valeas: ne ego te iacente bona tua comeda.
 Statui enim tibi ne agroto quidem parcere. Vale.

XXI.

AIN^o TANDEM? INSANIRE
 tibi videris, quod imitere verborum meorum, vt scri-
 bis, fulmina? tum insanires, si consequi non posses:
 cum vero etiam vincas, me prius irrideas, quam te
 oportet. Quare nihil tibi, opus est illud a Trabea,
 sed potius ἐνδοξον meum. Verum tamen quid tibi
 ego videor in epistolis? nonne plebeio sermone agere
 tecum? nec enim semper eodem modo. Quid enim
 simile habet epistola aut iudicio, aut concioni? quin
 ipsa iudicia non solemus omnia tractare vno modo.
 Priuatas causas, & eas tenues, agimus subtilius:
 capitis aut fame, scilicet ornatiùs: epistolas vero
quotidianis verbis texere solemus. Sed tamen mi
 1X. Pate, qui tibi venit in mentem, negare Papirium
 quen-

139. quonquam vnquam, nisi plebeium fuisse? fuerunt [b] enim patricij minorum gentium, quorum princeps Lucius Papirius Mugillanus, qui consul cum Luceio Sempronio Arracino fuit, cum antea Censor cum eodem fuisset, annis post Romam conditam CCCXII. Sed tum Papisij dicebamini. Post hunc, XIII. fuerunt sella curuli ante Lucium Papirium Crassum, qui primus Papisius est vocari desitus. Is dictator cum Lucio Papirio Cursore magistro equitum factus est, annis post Romam conditam CCCXV. & quadriennio post Consul cum C. Duillio. Hunc secutus est Cursor, homo valde honoratus: deinde Lucius Masso adilitus: inde multi Massones: quorum quidem tu omnium patrociniorem imagines haberas volo. Deinde Carbones, & Turdi insequuntur. Hi plebeij fuerunt, quos contemnas, censeo. Nam prater hunc C. Carbonem, quem Damasippus occidit, cuius e Repub. Carbonem nemo fuit. Cognouimus C. Carbonem & eius fratrem Scurram: quid his improbius? de hoc amico meo Rubria filio nihil dico. Tres illi fratres fuere, P. C. M. Carbones. Publius, Flacco accusante, condemnatus, fugit Marcus ex Sicilia. Caius accusante L. Crasso, Cantharides sumfisse dicitur, is Trib. pleb. seditiosus, & P. Africano vim attulisse existimatus est. Hoc vero, qui Lilybei a Pompeio nostro interfectus est, improbius nemo, meo iudicio, fuit, iam pater eius accusatus a M. Antonio, iurorio atramentum absolutus putatur. Quare ad Patricios censeo reuertare: plebeij quam fuerint importuni, vides. Vale.

40. [a] M. C. PAPIRIO PETO

S. D.

174

Amo

XXII

AMO VERECUNDIAM, VEL
 potius libertatem loquendi. Atq; hoc Zenoni placuit,
 homini mehercule acuto: etsi Academia nostra cum
 eo magna rixa est. Sed, ut dico, placet Stoicis suo
 quamq; rem nomine appellare. Sic enim differunt. Ni-
 hil esse obscenū, nihil turpe dictu. Nam si quod sit in
 obscenitate flagitium, id aut in re esse, aut in verbo:
 nihil esse tertium. In re non est. Itaq; non modo in
 Comædijs res ipsa narratur: ut ille in Trinummo, Vir-
 go modo (forte nostri canticum, meministi Roscium) ita
 me destituit nudum. Totus est sermo verbis tectus: re
 impudenter: sed etiam in Tragædijs, quid est enim il-
 lud? Quæ mulier una? quid inquam est? Usurpata
 duplex cubile? Quid illud? Phœrei hic cubile mire est
 ausus. Quid est? Virginem me quondam inuitam per
vim violat. Iupiter bone, violat? Atq; idem significat,
 sed alterum nemo tulisset. Vides igitur cum eadem res
 sit, quia verba non sint, nihil videri turpe: ergo in re
 non est, multo minus in verbis. Si enim quod verbo
 significatur, id turpe non est: verbum, quod signifi-
 cat, turpe esse non potest. Anum appellas alieno nomi-
 ne, cur non suo potius? Si turpe est, ne alieno quidem:
 si non est, suo potius. Caudam antiqui penem voca-
bant, ex quo est propter similitudinem penicillus: at
 hodie penis est in obscenis: at vero Piso, ille frugi in
 annalibus suis queritur, adolescentes peni deditos esse.
 Quod tu in epistola appellas suo nomine, ille rectius pe-
 nem: sed iam multis factum est tam obscenum, quam
 id verbum, quo tu usus es. Quid quod [a] vulgo di-
 citur, cum nos te volumus convenire, num obscenum
 est? Memini in senatu disertum Consularem ita elo-
 qui: Hanc culpam maiorem, an illam dicam? potuit
 obsc-

obscœnius : non, inquis. Non enim ita sensit. Non ergo in verbo est, docui autem in re non esse, nusquam igitur est. Liberis dare operam, quam honeste dicitur : etiam patres rogant filios : eius opera nomen non audent dicere. Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen, is Connus vocatus est : num id obscœnum putas ? cum loquimur terni, nihil flagitij dicimus : at cum bini, obscœnum est. Gracis quidem, inquires, nihil est in eo verbo, quando & ego Gracæ scio : & tamen tibi dico bini, idq; tu facis, quasi ego Gracæ, non Latine dixerim. Ruta & menta, recte vtrung; Volo mentam pusillam ita appellare, vt rutulam : non licet. Bella rectorialia, dicis, dic ergo etiam pavimenta isto modo : non potes. Vides igitur nihil esse, nisi ineptias : turpitudinem nec in verbo esse, nec in re : itaq; nusquam esse. Ergo in verbis honestis obscœna ponimus. Quid enim num honestum verbum est diuisio ? At inest obscœnum, cui respondet intercapedo, num hæc ergo obscœna sunt ? nos autem ridicule si dicimus, ille patrem strangulavit, honorem non præsumur : sin de Aurelia aliquid, aut Lollia, honos præfandus est. Et quidem iam non etiam obscœna verba, pro obscœnis sunt : Baduit, inquit, impudenter : depisit, mulio impudentius. At qui neutrum est obscœnum. STULTORVM plena sunt omnia. Testes, verbum honestissimum in iudicio, alio loco non nimis, at honesti, Celer Lanuini : Cliternini, non honesti. Quid ipsa res
 41. modo honesta, modo turpis : supellere flagitium [a] est : iam erit nudus in balneo, non reprehendes. Habes scholam Stoicam ὁ σοφὸς ἐὼν οὐδὲν ἔσται, quam multa ex vno verbo tuo ? Te aduersus me omnia gaudere gratum est. Ego seruo & seruabo (sic enim
 T. assue-

assueui) Platonis verecundiam. Itaq; testis verbis ea
ad te scripsi, quae apertissimis agunt Stoici. Sed illi eti-
am crepitus aiunt aequae liberos, ac ructus esse oportere.
Honor est igitur. Calend. Martijs. Tu me diliges
& valebis. Vale.

M. C. PAPIRIO PÆTO

175

S. D.

XXIII

HERI VENI IN CVMANVM:

Silva Gallinacras ad te fortasse. Sed cum certum sciam, faciam te
ita sic di. sua paulo ante certiore. Esi Marcus Ceparius, cum mi-
gallinus filius hi in *silva Gallinaria* obuiam venisset, quassissimam, quid
tribus, goa ~~hi in silva Gallinaria obuiam venisset, quassissimam, quid~~
rum magna ~~res: tui scilicet moleste, ut debui: sed tamen constitui~~
ubi erat copio ~~ad te venire, ut & viderem te, & viserem; & cena-~~
a ~~rem etiam. Non enim arbitror cocum etiam te~~

me pes apud
captura.

captura.
captura.

~~inimicum habere. Expecta igitur hospitium, cum mi-~~
~~nime edacem, tum inimicum cenis sumtuosis. Vale.~~

ut huius, glundae Arani

M. C. PAPIRIO PÆTO

176

S. D.

XXIV

RVFVM ISTVM AMICVM

tuum, de quo iterum iam ad me scribis, adiunxerem
quantum possem, etiamsi ab eo laesus essem, cum te
tantopere viderem eius causa laborare: cum vero &
ex tuis literis & illius ad me missis intelligam, et indi-
cem magne curae ei salutem meam fuisse: non possum
ei non amicus esse, neg. solum tua commendatione,
quae apud me, ut [b] debet, valet plurimum, sed etiam
etiam voluntate ac iudicio meo. Volo enim te scri-
re, mi Pate, initium mihi suspicionis & cautionis
& di-

& diligentia fuisse literas tuas : quibus literis congru-
 entes fuerunt alia postea multorum. Nam Aquini
 & Fabrateria consilia sunt iniuta de me, qua te video
 inuasisse : & quasi diuinarent, quam his molestus
 essem futurus, nihil aliud egerunt, nisi me vi oppri-
 merent. Quod ego non suspicans, incautior fuisset.
 nisi a te admonitus essem, quamobrem iste tuus ami-
 cus apud me commendatione non eget. Vtinam ea
 fortuna Reipub. sit, ut ille me quam gratissimum pos-
 sit cognoscere. Sed hæc hæctenus. Te ad cœnas itare
 desisse, moleste fero. Magna enim te delectatione &
 voluptate priuasti. Deinde etiam vereor (licet enim
 rerum dicere) ne nescio quid illud, quod solebas, de-
 discas, & obliuiscare cœnulas facere, nam si tum,
 cum habebas, quos imitavere, non multum proficie-
 bas, quid nunc te facturum putem? Spurina qui-
 dem, cum ei rem demonstrassem, & vitam tuam
 superiorem exposuisset, magnum periculum summae
 Reipub. demonstrabat, nisi ad superiorem consuetudi-
 nem tum, cum Favonius flaret, reuertisses : hoc tem-
 pore fieri posse, si forte tu frigus ferre non posses. Sed
 mehercule mi Pate extra iocum, moneo te, quod per-
 tinere ad beate viuendum arbitror : ut cum viris bo-
 nis, iucundis, amantibus tui viuas. Nihil est aptius
 vita : nihil ad beate viuendum accommodatius. Nec
 id ad voluptatem refero, sed ad communitatem vitæ
 atq; victus remissionemq; animorum, que maxime
 sermone efficitur familiari, qui est in conuiuiis dulcissi-
 mus : ut sapiētius nostri, quam Græci : illi συμπόσια
 [a] aut συνδείπνια, id est, comporationes aut con-
 cœnationes : non conuiuia, quod tum maxime simul
 viuuntur. Vides, ut te philosophando reuocare co-
 ner,

ner ad cœnas? Cura, ut valeas: id foris cernitudo
facilime consequere. Sed caue, si me amas, existimes
me, quod iocosus scribam, abiēcisse curam Reipub. Sic
tibi mi Pate persuade, me dies & noctes nihil aliud
agere, nihil curare, nisi ut mei ciues salui liberiq; sint.
Nullum locum pratermitto monendi, agendi, prou-
dendi. Hoc deniq; animo sum, ut si in hac cura atq;
administratione vita mihi ponenda sit, præclare a-
ctum mecum putem. Etiam atq; etiam vale.

S V M M V M M E D V C E M L I -

tera tua reddidere: plane nesciebam te tam peritum
esse rei militaris. Pyrrhi te libros & Cinea video lecti-
tasse. Itaq; obtemperare cogito præceptis tuis, hoc am-
plius, nauicularum habere aliquid in ora maritima:
contra equitem Parthum negant ullam armaturam
meliolem inueniri posse. Sed quid ludimus? nescis quo-
cum Imperatore tibi negotium sit. Κλέων τὰ δέλας,
quam contriueram legendo, totam in hoc imperio ex-
plicavi. Sed iocabimur alias coram, & ut spero, breui.
Nunc ades ad imperandum, vel ad parendum potius,
sic enim antiqui loquebantur. Cum M. Fabio (quod
scire te arbitror) summus mihi est usus, valdeq; eum
diligo, quod propter summam probitatem eius, ac sin-
gularem modestiam, tum quod in his controuersis,
quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis, optima
opera eius uti soleo. Is cum [b] ad me Laodiceam
venisset, mecumq; eum ego esse vellem, repente per-
cussus est atrocissimis literis, in quibus scriptum erat,
fundum

fundum Herculemensem à Q. Fabio fratre proscri-
ptum esse, qui fundus cum eo communis esset. Id M.
Fabius pergrauiter tulit, existimauitq; fratrem suum
hominem non sapientem impulsu inimicorum suorum
eo progressum esse. Nunc si me amas, mi Pate, negoti-
um totum suscipe: molestia Fabium libera. Autoritate
tua nobis opus est, & consilio, & etiam gratia. Noli
pati litigare fratres, & iudicijs turpibus conflictari.
Mathonem & Pellionem inimicos habet Fabius, quid
multa? non mehercule tam perscribere possum, quam
mibi gratum feceris, si otiosum Fabium reddideris. Id
ille in te positum esse putat, mihig; persuadet. Vale.

M. C. PAPIRIO PETO

S. D.

178

26

ACCURVERAM HORA NONA,

cum ad te harum exemplum in codicillis exaravi, di-
ces, ubi? apud Volumnium Eutrapelum, & quidem
supra me Atticus, infra Verrius, familiares tui. Mira-
ri tam exultatam esse seueritatem nostram? Quid
ego faciam? te consulo, qui philosophum audis. Angar?
excruciemne me? quid assequar? Deinde quem ad
finem? Viuas, inquis, in literis. An quicquam me aliud
agere censes? Hand possem vivere, nisi in literis vive-
rem. Sed est earum etiam non satietas, sed quidem
modus. A quibus cum discessi, etsi minimum mihi est in-
cena, quod tu vnum ^{intra} Dioni philosopho posu-
isti: tamen quid potius faciam, [a] prius quam me
dormitum conseram, non reperio, audi reliqua. Infra
Eutrapelum Cytheris accubuit. In eo igitur, inquis,
coniunio Cicero ille, quem affectabant? cuius ad os

T 3

Gray

Graij ora obuertebant sua? Non mehercule suspicatus sum illam affore: sed tamen ne Aristippus quidem ille Socraticus erubuit, cum esset obiectum, habere eum Laida. Habeo, inquit, Laida: non habeor à Laida. Grace hoc melius: tu, si voles, interpretabere. Me vero nihil istorum ne iuuenem quidem mouit vnquam, nedum senem, conuiuio delector: ibi loquor aliquid, quod in solum, vt dicitur, & gemitum & risus maximos transfero. An tu id melius, qui etiam philosophum irriseris? Cum ille, si quis quid quareret, dixisset coenam te quarere à me dixeris. Ille vero te putabat quesiturum, num vnum cœlum esset, an innumerabilia? Quid ad te? At hercule coenam nunquid ad te? ibi praesertim. Sic igitur viuatur: quotidie aliquid legitur, aut scribitur, deinde ne amicis nihil tribuamus, epulamur vna non modo non contra legem, si vlla nunc lex est, sed etiam intra legem, & quidem aliquanto: quare nihil est, quod aduentum nostrum extimescas. Non multi cibi hospitem accipies, sed multi ioci. Vale.

[b] M. T. C. EPISTOLARVM,
LIBER AD PLANCVM
ET CÆTEROS.

M. T. C. CN. PLANCO IMP.
179 CONS. DESIG. S. D.

ET AB EVI PROFICISCENS
in Greciam, & postea quam de meo cursu Reipublicæ sum voce reuocatus, nunquam per M. Antonium quierus fui: cuius tanta est non insolentia (nam id qui-